

archiepiscopum, cui hoc de iure competit, coronacionem suam obtinuit iusticia exigente. Que omnia testes vivi, privilegia sedis apostolice¹ et instrumenta publica super hiis confecta, cum oportunum fuerit, demonstrabunt. Rogamus igitur vestram amicitiam et sollertem vestram prudentiam commonemus, quatenus hec et alia, que prudentes informare debent animos, advertentes et preveniendo universalem turbacionem rei publice, quid expediat et quomodo ac per quem verisimilius tanto regimini salubriter consolatur, discreti animi iudicio intuentes, predictum dominum regem per nos, apud quos illa vice ut predictum est resedit electio, canonice electum et ab eo, cui hoc de iure ac approbata consuetudine competit, exigente iusticia coronatum recognoscatis regem Romanorum et rei publice defensorem sibi que faveatis et debita ac consueta honorificencia fideliter intendatis, ut proinde ipse delectetur ex debito in libertatum et iurium vestrorum conservacione ac eorundem augmento, nosque circa hec reddamur fideles et seduli promotores. Nos Rüd(olfus) dux Saxonie memorati sigillum penes nos proprium non habentes prenotati domini Rüd(olfi) ducis Bawarie avunculi nostri karissimi sigillo utimur in premissis.

Datum in Selse, II. Idus Decembr.

Auf der Rückseite von gleicher Hand: Prudentibus et honorandis viris . . magistro civium, . . consulibus et universis civibus Constancien. sacri Rom. imperii fidelibus et specialibus nostris amicis. Das Siegel fehlt.

XXXIX. König Friedrich an die Stadt Konstanz über seine Wahl und Krönung. 1314 Dec. 17.²

Or. Karlsruhe, Generallandesarchiv, Select

1) Nachträglich macht mich Professor Bresslau darauf aufmerksam, dass uns über den Inhalt dieser nicht erhaltenen Papstbulle neben dem grossen Decret über Friedrichs Wahl an das Reich von Nov. 25 (Olen-schlager, Urkunden S. 72) am genauesten die Verkündigung vom folgenden Tage unterrichtet, die der Kölner Erzbischof an die Reichsstädte erlässt (Exemplar für Nürnberg im Münchener Reichsarchiv, gedr. Harnack, Kurfürstencollegium S. 246; für Konstanz im Generallandesarchiv zu Karlsruhe). Der Erzbischof giebt als Inhalt der Bulle: 'quod coronacio Romanorum regis nedum Aquis, immo in aliquo locorum, quem ad hoc elegerimus, infra nostram dyocesim vel provinciam a sede apostolica in specialis prerogative indicium nobis et archiepiscopo Coloniensi existenti pro tempore est permessa'. Ich vermuthe, dass in Voraussicht der kommenden Verwicklungen Heinrich von Cöln sich das Privileg noch von Clemens V. verschafft hat, der 1314 Apr. 20 starb. 2) Bisher nur im Regest Zeitschr. für d. Gesch. d. Oberrheins N. F. I, 85.